ita et hec prophetia maior est omnibus quia ea que an
tiqua prophetia revelanda predixit hec revelata ondit
In hac autem revelacione nichil historicum accipiendum
est Quod ipsa verba si subtiliter inspiciuntur docere pro
bant Neque enim hec fieri potest ut pauca e multis
dicamus quod viderit veraciter equos in visione quorum
ascensores haberent loricas igneas et iacinctinas
et sulphureas Tria namque genera visionum preceptores
mei in telligenda dixerunt Primum scilicet corporale
sicud videmus oculis corporis celum terram solem
et lunam ceteraque huiusmodi Secundum spirituale
quod fit in extasi id est in excessu mentis sive dor
mientibus sive vigilantibus ubi quoniam non res
corporales sed similitudines corporalium rerum in
tuentes futura ibi prefigunt misteria Quod genus
visionis commune est iustis et reprobis sicud nabuchodonosor
vidit lapidem preciosissimum de monte sine manibus
et sicud pharao septem boves crassas septemque spi
cas plenas et cetera. Sed uterque quod viderat non
intellexit nisi et ille daniel et iste ioseph misterium
revelasset Nec mirum si reprobi in hiis absconditis
solucione indigeant cum etiam danihel non in
telligens quid significarent quatuor venti qui pug
nabant in mari magno accessisset ad unum de astantibus
et quesierit ab eo de hiis omnibus Tercium genus est
intellectuale quod non fit per corporales res neque
per similitudines sed ipsa veritas in mente manifestatur
videntibus quod proprie electorum est Tali modo
locuti sunt prophete quia ea que dicebant videbant

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte seit 1991

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_298/0008